Rozprawy

de panorama Jana Kazimierza

króla polskiego

odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złt.

17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

23 *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29 *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario [illegible] 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30 *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes omnis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1661. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epic. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracovia 1635. 4to. (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac p[o]ten-
1 tiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos con[f]ecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hunga[r]iae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Cas[te]ll. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, [q]uid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cus[tr]ini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto paci[s] et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7 g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johann 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 16[5]8. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Ep[is]t. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. P[o]snan. super barbara Austriaci militis insolentia, in O[r]d. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 16[5]8. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Ele[c]t. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloni[a]e et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Princip[e]s et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. [b.] m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, pr[i]mum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegiu[m] elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussio[-]nis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Rege[m] Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conficta

(str. 84)
gyrice. b. m.

i Hungariae.

is Poloni In.
sky Castll.
explicat, qid
cis. Custini

icto pacis et
)

licum. b. n.

o. m. 1658.

io in Epis.

Dioec. P-
tia, in Or.
uiae 1654.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe.

electorii. b

bina, pri
d collegium

discussio-

et Regem

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS SUECIÆ Commissariorum Responsum

Ad Literas

Legatorum Electoralium Brandeburgicorum, Coloniæ ad Spream Die 4. Aug. Anno 1658. exaratas.

Impressum M. DC. LIX.

Illustres Generosissimi & Magnifici Domini

PErvenerunt ad nos literæ die 4. Augusti Coloniæ ad Spream exaratæ, postquam ferè eo die citius typis vulgatæ per manus hominum circumvagabantur. Nescimus sane cur istis incongruis aut ab eo, quod eo usque per officii rationem inter nos actum, alienis nos onerare lubuerit. Nihil rei nostræ habent. Intenta quippe sunt omnia & versa aut in criminationes adversus Magnum Regem & gentem, cujus curæ sanguini & beneficiis, quicquid ex Religionis & status libertate atque incolumitate vestrum est & ea ipsa quibus superbitis arma debentur, aut in verborum offucias & Rhetorum figuras pro obscurandis veris seu pro exornandis falsis, aut denique in jactantiam & exprobrationem quasi meritorum & sollicitudinis pro pace. Ut verò illarum turpitudo vestra vindicta non nostra, contumelia acrius quam calamo castiganda est; istarum gloriam Magistris talium negotiis publicis sanctiori fide & syncerirate tractandis male servientium lubenter cedimus; Hujus inania sine nostro dicto ridebunt & in scribentium opprobrium malæque causæ argumentum dextrè judicantes accipient, ita non superest, cur responso digna videri possent, nisi ut vitii vestri blanditiis & tentatæ orbis corruptelæ ex silentio nostro nihil accedat. At quinque capita redigi possunt,

quæ ampla & luxurians cavillatio vestra confudit, nempe quæ fœderis inter S.R.M. & Sereniss. Dn. Electorem initi conditio, & ostentata initialis observantia; quæ constanter non servati obtenditur excusatio; quæ post id ruptum hostilitatum species & pallia; quæ de studio & intentione reparandi pacem splendidè jactantur; denique quæ ob non auditam pro lubitu legationem incusantur. De initio fœderis scribitis, perquisivisse vos conscientiam consilij, discussisse scrinia & quicquid superest tabularum, at non reperire, vos eius autores, adeoque una incitamenta belli Polonici fuisse. Certè defecit conscientia, si id ignorare vultis & infida vobis sunt scrinia vestra, aut vos ipsis infidi, si nulla eius rei adeoque veritatis constat memoria. Sinite huic succurrere literas Regias ex oppido Creutzburg die 16. Decembr. Anno 1655. ad Principem vestrum scriptas, in quibus inter narrata contextus tractatuum, in mentem Electoralem his vocibus revocatur, quomodo S.R.M. inter consilia bello Polonico dedita voluerit assecurare S. Serenit. Elector. nihil exinde damni proventum iri, modo intra suos terminos se contineat, & in nullo S. R. M. officiat: Verum S.S. Elect. arctiori cum Rege unionis vinculo devinciri cupiens, ultro primum per Principalem suum Ministrum Comitem nempe de Waldeck: deinde Ipsam in propriâ Personâ Residenti in Aulâ suâ Regio significavit, sibi & antecessoribus suis Ducibus Borussiæ jamdiu tot à Regibus & Republ. Poloniæ ingesta esse gravamina, ut quando nullum injustis quærelis remedium sit inventum, aliam viam iis excutiendis esse quærendam, & dudum quæsitam fuisse; si ergo placeret S.R.M. assumere Electorem in belli socium & in compensationem & satisfactionem onerum belli promittere eidem Episcopatum Warmiensem, titulo & jure secularis Ducatus, præterea par-

tem

tem Samogithiæ & Lithuaniæ & has terras cum Ducali Borussiâ in plenum & absolutum Dominium confirmare ac in eo tueri, tum velle usque in finem belli contra Poloniam & alios huic motui sese immiscentes fideliter adsistere. Memorant eædem quomodo S.R.M. Princeps Vester iis oblationibus ad bellum animaverit. In eo fida magis erunt vestra vobis scrinia, quod nihil habebunt, quo ista negata aut aliter exposita sint. Dicemus valdè esse corrupta, si continebunt talium Legationum acta, queis dissuasistis bellum. Quibus nihil magis contrarium fuit, ac quod omni vestrâ Legatione illud prosecuti estis, nunquam in quæstionem devenire passi an belligerandum, an belli socii esse velitis, an à Vobis fœdus nobiscum ineundum., semper autem per immensa postulata hoc actum fuit, ut maxima ex illo bello adeoque ex Poloniæ terris, præda vestra aut si hæc non contingeret nostris partibus quæ tractarentur infida essent. Cuius licentiam & præsidium, si cupiditatibus vestris, non satisfieret, per tractatus & pacta, quorum meministis cum Austriâ & Belgis quærere & impetrare inter clandestina à tergo studia fuit. Quæ tam male in argumentum boni propositi adducuntur quam eo ipso tempore quæsita & facta, quando fœdus cum S.R.M. tractabatur, insidiosa molimina & fucos detegunt. Additis vos abhorruisse & coactos ad fœdus. Illudne verum esse potest, in re tantopere expetitâ & ut fieret propositâ nemine offerente nedum exigente? Qui hoc vero? cum à vobis inceperit negocium, quando res de bello contra Poloniam inter deliberationes adhuc versabatur. Rege nondum Sueciam egresso, imo cum securitas innocenter acturis promitteretur, & neutralitatis arbitrium, ad modum, ut nuperis Sueco-Polonico bello eadem servata erat, offerretnr.

Queis prudentibus persuadebitis Vos ab iis ad fœdus coactos, quibus fides vestra dubia, animus incertus de viribus non tanta existimatio, auxilii spes modica, nullus de vobis metus, majoris commodi, si, ut integrum relictum, neutrarum esse partium sperneretis, exspectatio. Scriniis vestris coactionis documentum nullum inesse docent, ad quas recurritis, argutiæ, tantæ notæ evincendæ tam ineptæ, quam indicia deficientis veritatis esse solent. Quando post oblatam à vobis confœderationem cœptusque jam tractatus immensitati desideriorum vestrorum, ut ratio ita locus deerat, inde consilia apud Vos fluctuare, noxiis studere, insidiosa & infida amari & adornari cœperunt. Processit quidem ea, quam in argumentum aliis nominibus trahitis objurgatio & difficultas, quæ ad convincendam corrigendamq; vafritiem atque prævaricationem pertinebat, sed ut ex merâ vestrâ voluntate de fœdere agi cœperat, ita ei concludēdi libertas semper relicta est. Quod post pleraque conclusa fidemq; datam eius elusiones & restrictiones, alibi insidiosi tractatus vestri aliquando taxabantur, ut apud nos quæsitis adversa & non toleranda, iucongrue minas vocatis. Alterum invitis obtrusi fœderis argumentum ex miserando Poloniæ statu desumitur. At si oblati, tractati, expediti, momenta respicimus, ut in ea quæstione præprimis respicienda sunt, minime congruunt. Fuit eo tempore Polonia adhuc à Suecico milite intacta, ferox, secura, minus sollicita de pace, qua bellum prævenire potuisset, si ut Nuncius Regius Canasilles promiserat maturè Legatos misisset aut cum tandem post longas moras, ubi res ferè in acie erant, mitteret, iis cum mandatis atque propositionibus, quæ quieti convenissent. Quas ipsimet obtendistis causas desiderati fœderis & ex hoc destinatæ armorum nobiscum conjunctionis, nempe in quærelis vestris inju-

injurias â Polonis illatas, desideriis cupiditatem non modo excussionis vinculi, quo Poloniæ eratis obstricti, sed non exiguæ partis terrarum Coronæ, adversantur apertè vestris latius petitis collectionibus. Nec reperit fidem apud Polonos ea excusatio, qui publico in ævum perennaturo æri inscribi curarunt, adversus nos perfidiæ, perjurii, feloniæ & similium horrendorum infames accusationes, nec reperiet ultra, quam defectionis â nostris partibus utilitatem & nullam præterita vindicandi occasionem habebunt. Nec vosmetipsi eam erga Poloniam miserationem vobis credi voluistis alia obtendentes. Literis die 28. Julij ad Archiepiscopum Gnesnensem exaratis Sereniss. Elector respondet, vos fœdus cum Potentiss. Sueciæ Rege & Poloniam cum exercitu ingressos postulante non status tantum sed justi & recti ratione. Parum consideratè nunc postquam dudum fecistis, nec rationem nec laudem talis instituti vobis fuisse, in vestri vituperium culpatis. Nimiæ ambitionis aut inopiæ aut cupiditatis rei alienæ proprium facitis, societatem nostram ambiisse & ad bellum cohortari. Et tamen rejecta neutralitatis oblatione petiistis & suscepistis. Judicet orbis, judicent vestra de fœdere acta, annon ambitiosè pro impetranda suverenitate ideo pro exuendâ fide Poloniæ debita laborastis, annon vos si sustinenda esset vestra libido necessitatem plures terras habendi velut titulum obtendistis, annon præter ejus quam feudali jure habebitis terræ absolutum Dominium, & aliarum quæ Regii sceptri & Reip. erant pro vobis superari, cedi, defendi voluistis, adeoque omnia in vobis abundant, quæ talis ambitus propria putatis. Malè actis consonat virtutem vestram nullis non oblationibus oppugnatam, cum non contenti æquis per obstinatas contentiones plura semper immodestâ aviditate insectati sitis, fœdus pro cupidi-

tate

tate absoluti status & ditionum Polonicarum appetentes, necunquam de isto sed quod non satis quæstus ex eo caperetur morosi & difficiles. Pejus verò, quod puro animo dona sint accepta ne Domino perirent, cum terras Poloniæ prædis direptionibus, incendiis evacuastis, multa ex iis vestra esse, ipsi nullam fidem ultra superesse voluistis, vos contra Poloniam in ereptis Dominiis æternâ protectione defendi & conservari amplis formulis stipulati. Quæ potest credi in talibus fidei, quâ Reip. obstrictos vos dicitis, memoria? aut quomodo quam ex injuriis Polonorum relaxatam antea dicebatis, primum Vasalli postea & socii Sueciæ, hostes illorum, sine vestrâ contumeliâ velut sub fœdere cum Nobis retentam obtenderis. Intenduntur quidem talia ad minuendam apud Polonos facti invidiam; sed ita non accipientur; non à Polonis, qui aliter omnia senserunt; non à Suecis, qui sic sub fide data eludi non debuerunt; non ab aliis, qui recto judicio fidem aliter quam Vos censebunt. Cum ista se conciliari non patitur quod additis, fœdus cum S. R. M. sic iniisse, ut meliores captaretis fidem Polonis probandi occasiones, fidei in Remp. non oblitos tempori cessisse. Poloniæ & Sueciæ rebus simul consuluisse, pacem quibuscunque conditionibus juxta se & salutem suam mediam fecisse inter partes, tot & tanta egisse pro Polonis. Hæc ne decent socium qui infucati fœderis voce & mente pactus & obstrictus fuit, omni ope, consilio, & auxilio partes socii fideliter juvare, ab hoste alienum esse? Qui ex primis pactis fide Vasalli ad fidem arctiorem devinctus Poloniæ Regem & Rempubl. ejuraverat, qui Ditiones suas à Poloniâ in æternum separatas esse debere caverat? qui secundis contra Poloniam firmum indissolubile & perpetuum fœdus, mutuam fidem ubique constantem & synceram amicitiam semper servare, & in-

& inviolabiliter conservare promiserat, qui omnibus contrariis pactis & obligationibus renunciaverat? Cum quibus quomodo possunt nunc demum revelata animi erga Polonos vestri reservata concurrere nisi prævaricando. Repugnant è diametro fidei fœderis & amicitiæ synceritati, per quam idem hostis, idem animus, una fides, nulla cum hoste communicatio sine socii consensu esse debuit. Fœda ea est vestri proditio monstrare lusum, & insidias sub fœderis nexu, amorem, favorem, & respectum in hostem, adversus quem tam sanctis sponsionibus coitum, si non maiorem tamen parem. Quid putatis de talibus cogitare & judicare vestri dissimiles, cum quid fidei sanctimoniæ debeatur pensitaverint. Forte diutius id suppressisset versutia, nisi eventus eo usque in lucem hoc deduxisset ut sine dicto vestro ex factis sciretur. Vera socialis à partibus vestris fidei historia multum infra veritatem multa procul à gloriæ merito relinquit, quæ ampullis & sesquipedalibus verbis de fide & benefactis vestris exaggerantur. Alia dudum innotuerunt: Initia statim prodiderunt ingenia candoremque. Vix ambitus vester impetraverat promissum receptionis in societatem quando per tractatum fœderis cum Belgio Unito præjudicium in jura Regia, impedimentum in expeditionem Polonicam machinati estis. Edidistis synceritatis documentum, quando per fœderis rationem à Rege suasi incongruam istis pactis Belgicæ confœderationis perfectionem omittere, vehementius urgere, maturare, perficere voluistis. Simile in Aulâ Imperatoris per quæsita singulari Legatione & incitata adversus S. R. M. consilia & auxilia fecistis. Correspondentiæ inter Polonos & vestros frequentes quæ fidei erant argumenta? Scitis quid eodem tempore pro invitandis & incitandis Regalis Borussiæ & vicinorum Pa-

latinatuum statibus & incolis ad arma contra Regem nostrum electum & peritum socium vestrum suscepistis? Quomodo quod in eos fuit jus belli, eorum ad protectionem Regiam recipiendum inclinationem impedire tentastis? Postquam meriti essetis per hostium propria, vestris non Poloniæ commodis intenta, quod in hostes justum, admissi estis ad propria & utilia vobis pacta, primum super Vasallagio Ducatus Borussiæ & Episcopatus Varmiensis sub eodem titulo die 7 Januar. deinde pro societate contra Poloniam bellicâ die 5 Junij Anno 1656. ad instantiarum vestrarum continuationem conclusa. Ut Vasalli, ut socij, ut voluntarij Polonorum hostes. cum nostris ivistis in campos Warsaviæ; quas theatrum facitis tantæ jactantiæ. Nempe ivistis ex status vestri necessitate, ex debitâ fide, pro beneficiis acceptis, pro salute servandâ, conscientiæ, famæ, periculi vestri causa. Non dicemus quo intus animo, quâ foras facie, qua debita explendi morositate, qua novorum beneficiorum captatione, qua ibidem virtute. In singulis dici posset cur minus gloriari oporteat. Si consideratur alienis vos auspiciis, alieno ductu, alienâ prudentiâ militasse, aliis rectoribus, exemplis, virtutibus animosos fuisse, ex vestrâ necessitate, nostrâ fortuna saltem constantes quid ex vestrarum gloriationum cumulo vobis reliquum est, nisi quod vobis in eo assentamini. Post illam aciem acta quæ laudem mereantur reperimus nulla, quæ merito accusentur plurima. S. R. M. victoria ad opprimendum hostem fugientem & belli sede in Podlachia & Brescia constitutâ stabiliendam communem securitatem prudentiss. uti vellet, recusavit Dominus Elector conjunctionem, in Borussiam reditum suasit, ne, ut suberat interminatio, divulsione noxiis daretur occasio, Regem ab utilioribus consi-

liis abduxit, spem vero fecit si limites [illegible] Ducatus Regius equitatus communire vellet, peditatum suum se ad obsidendum Vistulæ portum præbere velle. Illud impetravit, hoc potiti non sumus sed potius desertæ vestrorum socordiâ ac formidine nostræ copiæ Tartaricæ cædi aut servituti miserrimè proditæ sunt, ubi paulo post nostrorum virtute duce Campimarischallo Domino Comite Steinbock vindicata illa clades, repressis Gonzevii ausibus & aliquæ cohortes ad repellendum ab altera Vistulæ ripâ Czerneczium flagitarentur, negatæ sunt sub variante obtentu mox alieni anni temporis, mox asciti ex propinquo adhuc Gonzevio metus. Interea cum hoc contra sinceræ amicitiæ officium pactorumque fidem placuit correspondentia, clancularii intercesserunt sermones & communicationes inter hostes insolitæ, sine dubio adornationes eorum, quæ nunc secuta scimus. Nulla instantia, nulla rationum allegatio efficere potuit ut hostibus obviaretur, nostris tam valentibus quam volentibus hostes ad pacatiora consilia adigere ullum auxilium mitteretur, aut Gonzevio quidquam hostile cum liceret inferretur; Nempe ex persuasione vestræ potentiæ maluistis Vos à Nostris metui quam amari; Ut ex æquitate rei aut meritis vestris non obtinenda vasallagii remissio, summa voti semper vestri desertionis vestræ in opportunæ terriculamento extorqueretur. Id hoste ad reficiendas vires relicto strenuè contra nos agebatur. Magnanimum quidem Regem vestra eo quo par est animo, destituta parvi æstimantem illa nihil movissent, si non consanguineum, vasallum, amicum, socium, à perfidiæ labe & hostium fraudibus præservare & hostibus suis ejus corruptelæ gaudium præripere mansisset. Permisit aliquid ambitioni & cupiditati, concedendo eos titulos, remittendo feudi obligationem

 tribuendo

tribuendo ingens beneficium sub admonitione & conditione constantis fidei. Quam cum offerret & promitteret sua serenitas Electoralis in fœderis perpetui & indissolubilis leges in arce Labiaviensi die Novembris Decimo eiusdem anni inter utriusque partis Commissarios conclusas & vigesimo tertio manu atque sigillo Electorali firmatas redacta sunt, quibus nihil sanctius esse potest aut debet, sed nihil minus sancta observantiâ contigit. Secuta sunt statim cum Episcopo Varmiensi clandestina colloquia, pacis & fœderis cum hoste incunabula; cum Gonzevio collusiones, per præfectum Aurich, Rege inconsulto & præterito armistitium: cumulatæ cum iis qui hostilium partium erant correspondentiæ fundamenta à fœdere discessus: exinde negata & dilata auxilia, spreta consilia, permissa hostibus quæ levibus copiis impediri poterant: mox promissi, mox retracti cum Rege congressus, omnia secus acta atque ex fœdere oportuit. quæ recensere nimis prolixum foret, vobis talium ministris & consultoribus constant. Quomodo hæc vestræ ostentationi consonent ipsimet videatis; Qui legent iteratos sæpius societatis articulos & in his tam sacris formulis sancitam amicitiam fidamque animorum & armorum conjunctionem, promissa prompta auxilia, abdicata & ejurata omnia, quæ unquam cum Polonis intercesserunt, receptam legem quod cum ullis utriusque partis hostibus huic bello se immiscentibus nisi sciente & volente S. R. Maiestate separatim nihil tractare aut concludere velit, quin potius ambæ partes omni possibili modo & opera actiones suas bellicas tractatus & consilia omnia eo dirigere & componere, quo utriusque partis mutua utilitas & commoda quærantur & curentur, damna vero & jacturæ bona fide & pro virili avertantur, ut hæc sunt verba instrumentorum, quid in-

ter vestra istâ gloriâ, quam à nullis aliis præterquam à vobis audivimus, dignum putabunt? Multo maiora & plura debita requirent. Quæ etiam omnia expleta eò magnitudinis non ascenderunt ut jactari, nedum exprobrari debeant. Debuistis illa ut vasalli, ut socii, ut amici. Non nostram sed communem imò magis propriam solum rem agentes. Quanta nostri sub iis cura fuerit etiam cum fœdus servare præ vobis tulistis, nostrorum frequens derelictio, privati quæstus studium, communis causæ negligentia, postquam illud rupistis Regiarum partium omnimoda desertio & adversus eos coniunctio in documentum erunt. Ubi cum vita, ubi cum famâ, ubi prodigi ferè rerum vestrarum salutem nostram servastis. Si quæ vestra in his fuit profusio, famæ erit, quam orbi ob fidem non servatam lacerandam prostituistis. Res vestras auxistis, vitæ ultrà quàm inter fortia arma decet nimium tenaces inter tutiora semper delituistis. Si in comparationem S. R. Maj. gentisque Suecicæ & vestrorum meritorum aut beneficiorum descendemus, quātillum est quod pro vobis adduci potest, quantum quod vobis evenit. Cum Borussia vestra ut pars & feudum Poloniæ justa nostris præda esse poterat oblata est intra terminos amicitiæ constitutis possidendi securitas. Ubi obtulistis contra Poloniam, fœdus posthabita perspecti dudum vestri in Sueciam affectus & talium observantiæ præteritâ memoria ex amicâ fiducia votum vobis contigit. Dum satis & ingentis beneficii loco vobis esse potuisset, ob nexum vestrum cum Poloniâ hoc bello non lædi sed conservari, ad ditionum augmenta favor & auxilium præbitum est; Quando sub tractatu fœderis foras per insidiosa fœdera, in Poloniâ per clandestina molimina, in Ducali Borussia per incitamenta oppositionis, domi per consilia inimica, ubique per fidei

in Polonos venditati onem nondum abdicato vasallagio belli juribus obnoxii, quæ in hostes licent me iti eratis, & sub ingressu in Borussiam potestati i rogandi nihil præter Regiam benignitatem obstat, salvi, illæsi, vestri juris mansistis. Per hæc in Borussia vestra manserunt quæ ex belli jure capientium esse solent; mitigatum vobis feudorum onus, remissa pro bello metatorum & tributorum æqui tas, auctæ ex Varmiensi Episcopatu possessiones opulenta vestrorum militum hospitia. Remisso & tandem feuda lis nexu absolutum vestrarum ditionum dominium libe r li Benignissimi Regis benevolentiâ contigit, Quatuor Palatinatus Maioris Poloniæ Seciæ virtute & armis sub- acti vobis traditi sunt, & sub ea, quæ mox desiiit fide, con- crediti. Contra Polonos Tartaros alios'que per arma Suecica, cum domi in hospitiis vestris sedebant, defensi e- stis; Ubi rupto fœdere hostium pars esse voluistis, propter S.R.M. ut illam simul oppugnaretis, defectionis præmium Regio beneficio capta retinetis. Non addimus quanti beneficii sit quod justis modis defectio non statim vindica- ta, quod pœnitentiæ tempus, resipiscendi modus, ad ani- mum, ad fidem, ad veniæ beneficium redeundi locus tam- diu relictus est, quod ad rectiores sensus recuperandos, con- silia, monita incitamenta salutis vestræ causâ processerunt. Æstimentur hoc qui recto judicio vos diu gladio, flammis, direptione dignos putârunt indulgentiam bellicosæ gen- tis mirati, quid in eo religioni, sanguini, pacis & amici- tiæ desiderio, Germaniæ tranquillitati, adversus illos, qui talia nihili fecerunt, tribuitur æstimaturi. Emolliri e hæc studeris (excusare certe apud æquos arbitros nunquam potestis) allegatione causarum ob quas à fœdere & fide recessistis, qui est secundus vestri scripti articulus. In quo præprimis considerandus erit, dicessus vestri modus.

Vobis

Vobis haud satis visum abire à pacto, deserere socium, non servare promissorum fidem; Sed adversus Regem fœderatum fœdus cum hoste contra fœdus iniistis, auxilia & quævis hostilia spospondistis, infensissima conjuratione hostes facti, ut gentes omnes hostium socios in eorum numero habent. Primus & præcipuus obtentus ex necessitate sumitur, omnem implens paginam, at sine ullo eius documento. Magnam certe esse oportet & inevitabilem, qui socium deserere permittat, Nulla esse potest quæ amicum & socium contra fidem datam hostiliter offendi & violari sinat. Neglectum officii illa, cum nulla ratione devitari potest, aliquando excusabit, ac nunquam fidei violationem & in socios hostilia, quæ extrema patientia evitare, imò morti postponere religiosæ atque honestæ animæ est. Quæsumus dicite quis rigor fortunæ tantus vos unquam pressit, ut fidum relinquere socium opus fuerit. Nos certe ex recenti rerum memoriâ nullum deprehendimus, merum forte imò vix illum, nudum saltem prætextum & fucum quem facitis. Coniunctus cum Ragotzio & Cosaccis Regius exercitus quò non redegerat Polonos? queis nullum nisi ex fugâ & latibulis ultrà subsidium erat. Victi illi erant, fugitivi, fessi, si resurgerent modicis & imbellibus copiis tremuli, mediocribus & numero longe inferioribus viribus coercendi. Metuebant non ultra metuendi. Econtra Dominus Elector copioso exercitu in stativis diu deside & compto pollebat, atque glorificabatur. Sola ex pace illis spes. Si quæ alia forsitan ex Austriacorum suppetiis accederet & illam cito removendi satis virium erat, si locus prudentibus consiliis apud vos fuisset, per quæ, vobis coniunctionem non denegant bus citius sepulsæ essent quam proficere potuissent. Relegite regiorum consiliorum providentiam, & vestræ negli-

negligentiæ culpam ex literis à S.R.M. ad Sereniss. Dn. Electorem Vismariâ die 6. Decembris præterlapsi anni scriptis. Rogate istarum rerum peritos an in obsequentes ulla cadere potuisset tanta necessitas, qualem vos jam fingitis. Si quid proferre potestis Polonorum minæ erunt, aut multo magis suasiones sub fascino alicuius violentiæ, quas fortibus, armatis, cordatis, resistendi validis terribiles esse non magis excusationi est quam laudi. Si quæ vestræ & Polonorum tunc vires erant, comparantur, comparebit, vos solos, si vis inferretur, vestris non modo defendendis sed illis invadendis pares fuisse; quanto magis ubi Regia auxilia vobis manebant parata. Incusatis eius ex Polonia ad bellum Danicum discessum, nec erubescitis vestri eum desertionem vocare. Conscientiam excutite, quæ dictabit dudum significatum Principi vestro quod S.R.M. non induxerit animum ad propulsandum Danum ire, sed mittere aliquem Generalium cum copiis, prosequi vero Ipsum contra Poloniam bellum, si coniunctis animis & armis fidei vestræ satisfacere velletis, per quæ vel debellari antea potuisset, si Dominus Elector per monita & consilia se adduci passus esset, ut uteretur ea occasione, cum Ragozius & Cosacci pro communi scopo nobiscum militarunt, nec felicibus successibus defuisset. Quid non coniuncti tot tantique exercitus effecissent. Recordamini de eo instantias, præprimis quæ literis frequentioribus ex acta; quæ Comes de Waldeck pro exponendâ mente Regis & referendo certo responso ex ore Regio ad vos tulit; quæ per Legatum Gallicum D. Avangour, quæ per Dominum Comitem Schlippenbach toties iterata, Ex quibus non potestis non meminisse, si Sereniss. Elector pro communi causâ juxta fœderis tenorem & belli rationes concurrere & fortiter agere decrevisset, S.R.M. in Bo-

russia

russia pro mutua defensione subsistere destinasse, & si vel in aliud iisset vos satis securos nihilominus remanere potuisse. Ad quæ ab initio nullum postea per præfatum Dn. Comitem diversum â proposito & incongruum responsum reportatum est. Ex quo S.R. M. satis superque intellexit necti moras, alia animo agitari, nihil firmi, nihil fidi sperandum esse, pravis consiliis aures præberi, cum hoste colludi & correspondери, ideo non potuit non malle adversus hostem, qui sua invaserat cum efficaciâ ire, quam frustra & periculosè hærere inter vestra dubia & suspecta sine alio effectu, quam ut eo carius mente jam destinatos & præparatos tractatus licitandi vobis subsidium esset. Sic vero abiit, ut non desereret aut bellum aut socium. Reliquit tam illi sustinendo quam huic defendendo pro eo rerum statu suffectura, modo socius eadem vellet & præstaret. Si opus foret, revertendi animum habuit & exposuit. Ut plenius certiusque de eo constaret & omnia ad salutarem scopum componerentur, Sereniss: Dn. Electori in transitu colloquii cum ipso copiam exegit. Sed nec eam impetrare licuit. Simulatâ ad id primum propensio, retardatum inde iter Regium, postea sub vanis prætextibus declinatum. Ut vero præsentia S.R.M. inter fœderis conditiones non fuit nec desinens quidquam violavit, quod ei non astrictum, ita absentiam innoxiam præstitit relicto post se Serenissimo Fratre proximo â se in militia Generalissimo Campi Duce, additis qui Borussiæ tutandæ & si Electorales copiæ promptè pro fide accederent, etiam invadendæ Poloniæ pares esse poterant; contestata est & Sereniss. Sua Celsitudo Domino Electori subveniendi prõptitudinem non verbis tantum sed opere, cum sub specie aggrediendi Gonzevium conjunctio desideraretur. Quam mox parato jam ad eam milite & statim mittendo quasi

opus

opus non esset recusavit. Haud eas promptitudinis vices recepit, quando ad arcendas à Borussiâ invasiones hostiles in adjumentum mutuæ securitatis circa Soldaviam aut alibi auxilia debita Sua Celsitudo rogabat. Postea vestri nec aut periculum aliquod significarunt aut opem petierunt, aut necessitatis alicuius intimationem fecerunt, clam nostris cum hostibus tractatus inierunt: Qua itaque ratione qua fronte ex talibus derelictionem affirmabitis? Expendite an perperam scripsimus non necessarium vobis fuisse à fœdere discessum, si quod decebat & expeditum erat facere aut admittere voluissetis. Frustra à nobis quæritis evadendi viam, quæ opportuno tempore à S. R. M. consilio, promptitudine, ipso facto ostensa sanæ rationi & dextro judicio facilè patuisset mentibus ad sequiora inclinantibus tantum displicuit pro affectuum vestrorum exorbitantiâ, non acceptata aut usurpata. Non eo res reducta erat ut salus ipsa vos vix servaret. Erant per DEI gratiam omnia nostra & vestra hostibus superiora poterant longè esse feliciora nisi Princeps vester perversis consiliis nimis deditus alia à nobis eadem cum iis voluisset & juvisset quæ decebat communi causæ sponte subduxisset. Cum rationem consilii & spei tunc existentis ex affectibus velut ægri nauseëtis eventum stultorum magistrum spectate. Is docuit quam nihil huc usque in Borussia adversus Regium militem & loca omnis potentia Polonica aucta licet auxiliis Austriacorum suffulta favoribus vestris valuerit aut ad perturbandum summam rerum effecerit, quanto minus valitura erat si ab Electoralibus ex fœdere fides & auxilium mansisset. Cracoviam Austriacorum nunc possessionem obiicitis. Non occupata non dedita, sed derelicta est, tunc quando expediret, vobis cum hoste colludentibus, per ea præsidia nostras non distrahi nec à majoribus conatus divelli

velli vires. Nostra esset adhuc possessio, nisi Regiis consiliis & mandatis nostri animosiores, quam ut se expelli sinerent, sponte exiissent. In manus Ragotzii resignata fuit antea quam Austriaci advenirent, Postea retinuisse statui belli non congruebat. Tacemus quod ut adversus Danos res successerunt magna pars Regii exercitus potuisset citius redire in Poloniam, quam aut Austriaci vi ad deditionem cogere Cracoviam, aut Poloni validis copiis coire contra aliquem Borussiæ alterutrius locum. Ragotzii casus quomodo à vobis in argumentum trahitur quem vestri cum Polonis tractatus antecesserunt? Si præter ea quæ aut ex militari providentiâ & disciplina aut suorum fide ipsius castris deerant, aut è Regiis consiliis negligebat, causa casus quæritur, Vestrum ex eâ multum est maior culpa vestra quam nostra. Nihil à nostris requirere potuit qui omnia quæ exspectavit accepit, sat felix dum nobiscum fuit, nec desiisset esse, si consilio Regio quo discessus eius informabatur, si monitis assistentis ipsi Regii Consiliarii exercitus Duces obtemperassent. At ut se separaret à vobis ortum est, quia fœderi cum nobis conjunctione armorum debitâ & toties desideratâ non satisfecistis. Sic quippe decretum erat, ut Dominus Comes Steinbock Campi Mareschallus, si quid copiarum à vobis accederet cum Ragotzianis & Cosakcis bellum prosequeretur. Rupistis vos id institutum, non præstando nostris debita causam separationi dedistis & dum, vestro responso super Consilio Regio per aliquot menses callidè dilato, inter hanc exspectationem isti alias maturè domum ire satagentes, detinebantur, evenit ex moris vestris ad vim & insidias in istos convocandi & conveniendi tempus Polonis & Tartaris. Et si ex fœdere aliquo Ragotzio in vos non est actio, ex vobis tamen ob nos contra fœdus destitutos cladis causa est.

Alliud defectionis argumentum ex conſenſu S. R. M. peti-
tis. De quo ita res ſe habet, quod deſerta â vobis ideo
ad bellum Danicum tendens, Bromberga diſceſſura nomi-
ne Domini Electoris per Conſiliarium eius Dobrzinski
compellata eſt, non efficta illa mentione alicuius fœderis
violationis aut allegatione injuriarum, queis exponeretur
(quæ falſa & calumnioſa tam non auſus eſſet Ablegatus
obloqui, quam non audiſſet ſine indignatione Rex Magna-
nimus talium oſor & vindex) ſed ut, cum ſine tractatu cum
hoſte ſe conſiſtere poſſe diffideret, illum ſuâ pace inſtitue-
re liceret : At non ſtatim annuit, fortia & fida conſilia
ſuggeſſit, alium quam timiditas præfigurabat, rerum ſta-
tum repræſentavit opem, levamen, reditum & quæ à fœde-
rato deſiderari poſſent, iterum obtulit. Cum autem in-
ſtantiſſimis precibus nuncii urgeretur, ut miſeratione ſtatus
Electoralis anxietati aliquid indulgere velit, addito pro-
miſſo, Dominum ſuum nihil in præjudicium S. R. Majeſta-
tis facturum, pro eâ quam ſervare intendebat amicitia &
fide, ſic mentem declaravit, quod ſi Elect. S. Celſitudo ali-
is auxiliis planè deſtituta eo neceſſitatis redigeretur, ſe tra-
ctatui convivere velle. Quid tractandum aut concluden-
dum, non eſt propoſitum, nedum determinatum. Per
Dn. Comitem Schlippenbach autem juſſu Regio ſic expo-
ſitum quod per quæ Elector ſuæ incolumitati conſulere
poſſet, ſic promitterentur, ut nihil fieret, quod amicitiæ
contrarium aut Regiis rebus præjudicio eſſet.

Ultra nunquam proceſſit, quicquid de conſenſu
actum. In quo miramur criticam veſtram ſubtilitatem,
carpere indulgentiæ attributum cum eam Princeps Veſter
rogaverit nec ſine eâ quia fœdere omnis cum hoſte tracta-
tus inſcia & non conſentiente altera parte interdictus erat,
ſine perfidia ſuſcipi potuit. Transgreſſi autem vos eſtis
con-

consensum & indulgentiam, sine qua licentiam vobis non esse ipsa petitio demonstravit; Ideo non potest non in eo quod indultum fuit insigne censeri beneficium gratitudine, non convitiis pensandum, in eo verò quod excessit peccatum, non excusandum. Relabimini circa hæc ad necessitatis telum quod per superiora manibus vestris jam excussum. At nec illud alio obtentu nititur quam à Polonis non potuisse solâ neutralitate redimi ea quæ in pacta sunt deducta. Credimus hoc postquam viderunt vos fidei & salutarium fastidio ingeniorum mutabilitate in Sueciam planè alienos, fœderis derelictioni intentos timidos, faciles, fidei incuriosos, ea saltem quæ ex fœdere cum S.R.M. cœpistis cum consensu Polonico habendi avidos. Eousque delapsos & præcipites gradum amplius sistere nolle ut facile conjecerunt, ita recte ipsos nisi & sibi satisfacientes non admiserunt, quorum neutralitatem aliàs inter mascula consilia pro ingenti beneficio sub rerum suarum statu ambabus manibus acceptassent. At non ex eo quod illi ut hostes voluerunt, aut acceptarunt, sed ex hoc quod socios & indissolubili sancto fœdere adversus talia illigatos decuit, vestri facti jus & decus æstimandum est. Nemo non tantum rigidi sanctique fœderum juris, sed fidei & honesti amans reperta licet necessitate aliter â fœdere discessum probabit quam ubi vera inevitabilis remedii & consilii expers socio exposita nec facta decenter requisitione ac opis exspectatione fortibus oppositionibus & aliquâ patientiâ depellenda, ex deserto autem fœderato ac hostiles partes transitum ac contra eum innocentem nemo unquam ex ulla necessitete excusabilem ducet. Non proficiet vobis apud æquos rerum censores toties repetitum vos nisi hoc facto salvos esse non potuisse. Credent plures rerum conscii vos noluisse. Et si qui fidem vobis gratificabuntur

secum tamen sentient, ex fœdere rupto, contrario fœdere cum hoste adversus amicos icto cum maximis injuriis offensis ingratitudine fidei violatione vos salvos esse non debuisse cum talibus mors & extrema quævis per pios & bonos antehabenda & divinæ opis fiduciâ & masculis consiliis antevertenda sint. Quæ si præplacuissent, non opus fuisset veteri quem nunc ingeminatis interitum à quo tam longe abfuistis, quam olim à constantiâ & fido proposito, nunc à fœdere & amicitiâ. Cuius violationem facta vestra iam orbi notam fecerunt, de quibus tertio loco videamus. Nimis manifestus est hostilitatis actus discesui à fœdere cohærens, in societate & juratâ conspiratione contra Sueciam cum Polonia infensissimo & capitali regni hoste, Est res ipsa per sanam rationem hostilis. Vestram voluutatem pactorum verba convincunt. Primis Velaviæ die 19. Septembr. Anno 1657. initis composita est, unio cum illo hoste adversus quem S.R.M. regnoque Sueciæ per sanctum fœdus unita consilia, vires & conatus promisistis, rescisso, (quasi id contra sanctam fidem, abdicatam talium voluntatem, & obligationem antiquiorem vestræ potestatis esset) quovis alio adeoque & cum nobis amicitiæ, cui nihil non in pactis repugnat, nexu, Porro transitum, portum, annonam, commeatum ac qualecunque subsidii genus, adeoque omnem humanitatem nobis abrogatis, contra pacta non modo, queis eadem nobis devinxistis, Polonis negare spospondistis, sed contra naturalia hominum jura; Præterea coniunctionem armorum contra Suecos tam in Imperio quam in Borussia stipulati estis & invicem spondetis. Vobis sine consensu hostis cum nobis non pacem non amicitiam & conventiones, nec ullum amicum commercium nisi ex hostis arbitrio esse vultis. Secunda Brombergæ die 6. Novembr. eodem anno aspe-

aſperius condita effectivam & actualem armorum contra noſtros coniunctionem & coniurationem iſtam continent, ex qua Elbingam Butovienſem & Leoburgenſem præfecturam, quæ poſſeſſionis noſtræ & juri bellico obnoxiæ erant, quas pro nobis fide armiſque veſtris aſſerere indiſſolubilis fœderis fide promiſeratis vobis addici, nobis adimi voluiſtis. Quibus quid dici fierive poteſt hoſtilius. Cœcorum more, qui alios quid oculus ſit ideo ignorare rentur, quia ipſi non vident, putatis alios ita credere, ex iis pactis vos hoſtes eſſe noluiſſe, quæ nihil præter hoſtilia ſpirant. Non eſt quod his opponitis Noſtros antea aliter locutos Legatum Regium Dn. Comitem Schlippenbach laudâſſe propoſitum & pacta Polonica. Aut fallitis aut fallitur veſtra opinio ſi ea vos tenet imaginatio. Conſtat vobis quâ intentione iſte miſſus ſit, & venerit, quæ hactenus vobiſcum egit. Nempè ut vos ſine causâ, ſine ratione cæco aut maligno impetu à Nobis abalienatos ad ſanam mentem, ſana & incorrupta conſilia, ad pacata, ad fidei & amicitiæ memoriam, imò ad ſalutem rerum veſtrarum, quarum pericula ignorare videbamini, reduceret. Cum quod factum vel plenè non noſſet, vobis diu acta celantibus aut ſecus exponentibus, vel ita ſtatim infectum reddi non poſſet, eo ſe contentum monſtravit, quod à vobis aſſertum ita velle vos gerere; ut pacta illa noſtris partibus eſſent innoxia. In quo aliquid vitæ ad pœnitentiam & correctionem reperiens uti eo voluit ad veſtri emendationem ſub defectionis vehementibus primordiis non niſi lentè curandam. Quocirca inter errores veſtros per prudentiam aliter agere vobiſcum non potuit abſque medici ex vehementia morbi delitos, ad quietem & remedii admiſſionem leniter ducunt, queis non reſiſtunt, aut deliria exprobrant, ſed quantum poſſunt indulgent, aſſen-

tiuntur

tiuntur modo animi & corporis quiete per hæc recuperatâ ad sanitatem revertantur. Postquam vestra jam apparet obstinatio, non miremini sequi alia, sicut cum medicorum consilia deliri insaniâ superant, aliis remediis contineri solent. Obumbrare vultis hostilitatis lucem suavi obtentu quod hostes nostros nondum juvistis, quod innoxia fuerint, quod pro pace facta, quod pro salute nostra ita via strui debuit, quod si pacem velimus nihil nocitura sint. Satis est nobis ad evidentiam hostilitatis fidei violatio & ex ea cum aperto hoste fœdus & unionem vos pepigisse, armorum coniunctionem promisisse, omniaque ad nocendum ordinasse. Vobis vero & satis non fuit. Erunperunt hæc in plures actus, quos veritati objecimus, vos diluere nescitis. Nec potestis illo obtentu nondum præstiti auxilii frui, nisi ut Partes Suecicas deserere, ita Polonicas deludere mens sit, â quo non absonum quod aliquis vestrum alias pro excusatione protulisse fertur, vos per decennium posse Polonos tenere suspensos & utramque partem ambiguam. Non nocuisse vos, actorum immemor est assertio. An noxæ expers esse potuit, fœdus & amicum deseruisse, auxilia debita subtraxisse, desiderium pacis apud hostem minuisse, difficilorem militiam sociis, omnibus pacem, imo belli acrioris incendium fecisse. Qua ratione â nocumentis hostilibus eximetis, portus nobis præclusos & intutos, transitum negatum, arrestis subjectos homines & merces nostras, incursum prædatorum vestrorum in Borussiam permissum, eundem Polonis in Pomeraniam, nec ut amicum, ut consanguineum, ut per Imperij leges Electorem decebat, prohibitum. Præreptum, quod ex bello & pactis nostrum erat, Frawenburgum; impeditum delectum militum, male tractatos officiales regios, & plura alia, quæ cum negare aut diluere non

non potestis levia facitis, cum talia tamen omnium judicio sint, quæ non nisi per hostes fieri solita & bello causam præbent. Ita pacti ita facientes vultis, esse amici & pacis studiosi tam insipidè ac qui ut ignem extinguerent, oleum infundunt. Quæ simulatur salutis nostræ in his cura, præterquam quod quasi medicina quæ ex nece remedium parat, omnibus malis; quæ à vobis fieri poterunt, nocentior est, nondum vobis delata fuit, nec per fidem vestram licuit. Etiam queis consuli nobis ita potuit extra vestram potestatem fœdus Labiaviense perpetuum constituit sanciens ut nihil pacis, nihil pacti insciâ & non consentiente S. R. M. tractari deberet, commune gentium jus, quo negotiorum gestiones sine cujusque voluntate inter Principes & populos improbantur, interdixit. Certe si non possemus esse salvi, quam eâ quam ostentatis nostri curâ, certe salutem non desideraremus tali medio quod hostes in nos parat, juvat & armat, nostra nobis detrahit, imo nos opprimere intentum est, quæ nos non aliter salvare possit nisi cum defugitur aut ei resistitur. Experta est, & dolet ex immani clade per Polonorum rapinas & incendia innocentibus Imperii Romano-Germanici civibus illata, hanc laudatam vestram interneeinam curam Pomerania. Non armis modo & maturâ remediorum, quæ pax publica Imperii præscribit sed solo pactorum vestrorum obtentu prohiberi transitus poterat satis aderat mediorum ut resisteretur prædonum catervæ, si modo dimidium voluntatis accessisset. Non sumus adeo rerum vestrarum ignari, ut credamus vobis invitis contigisse, quæ nullo non modo remediorum quæsito nedum tentato sed adhibitis viæ ducibus & discernentibus Pomeranica & Marchiaca Commissariis vestris peracta, in loca vestra delata, distracta juxtim vestrorum gaudiis & helluationibus

consumpta sunt. Eadem sunt ejus curæ vestræ experimenta, cum abstulistis regias merces, prædas egistis in regios homines, officiales & milites liberum delictum innoxiè sequentes captos, carceratos, vobis mancipatos varie vexastis. At hæc omnia innoxia & desitura persuadere vultis, si pacem velimus? Scilicet talem, quam vos vultis, quam hostes volunt & præscribent, velut victis, sine tractatu solenni, ut legem suam, sine securitatis mediis ut arbitrium, sine ratione justâ, ut libidinem, quæ Sueciam jure, possessionibus & dignitate exuat præjudicio & exemplo quam infami & contumelioso, tam non admissibili. Non alia intendunt & conficient vestra vel eo nomine indigna & detestanda, quod socium, quod armis hactenus superiorem, quod Regem vestrâ defectione ad talem pacem adigere destinatis, quam & justam his modis obtrudere, Regibus, quibus omnia ad dignitatem famamque magis quam utilitatem referenda sunt, intolerandum, nec unquam sine contumeliâ erit. Excusationi autem desertionis tam inepta hæc sunt, quam inexcusabile socium ideo deserere, quod se sine pacem impetrabit, cui donec assequitur, justam decoram & fidam (à qua Polonica Consilia hactenus tam longe quam vobiscum chimerizata media absunt) fideliter adhætere & adsistere debet, ut verba fidesque vestra in pactis vos devinxerunt. Præterquam autem quod cum Polonis communes vos esse hostes placuit & alio hostili fœdere cum Dano, postquam bellum indixit in nostra irruit adversus non socii, adeoque & in eo bello hostes nostri esse voluistis. Credite nobis plenissimè constare quæ Cleistius Vester, dum ad oblatum mediatoris officium Legatione fungebatur, cum Danis contra nos collusit, de eo scripsit, suasit, uti contra nos potius fœderis quam cum nobis pacis fundamenta jecerit. Haud minus

quæ

quæ Wrekius in Dania, quæ Alefeldius in Aula vestra perfecit. Mendacii ne arguetis contra fidem ipsorum legationi per recredentiales assertam, quæ ipsi talia, ut propositio vobis exponere debuit, retulerunt Dominis, de quibus acta in manibus nostris imo & per typos sub vulgo sunt? Hæc non sunt ita comparata, ut aures oblationibus saltem præbitæ fuerint, sed produnt [illegible]nis firma consilia, data ad concludendum mandata, subsecuta conclusa vestra deratis iis habenus promissa, tunc demum sub mentione Wrekium in Daniâ fines mandati excessisse, aliter pacta confici debere, differri cœpta, cum per Austriacos non liceret, vestra potentia non sufficere videretur ad invadendum & oppugnandum Suecos in Holsatia. Quâ fronte ictum fœdus negabitis cuius tabulæ mutuo consensu Commissariorum, iuxta voluntatem & mandata vestra confectæ extant, acceptæ ex illorum manibus ac scriniis, qui vobiscum de eo egerunt, qui vos ad observantiam ore, literisque hortati sunt, qui vestram promptitudinem & infensum affectum, qui, ut coram Ministro Danico Ipse Dn. Elector protestus est, nullam non venam in corpore suo tali veneno infectam, ut non S. R. M. Sueciæ aggredi gestiat, amplissime acceperunt & retulerunt. Inspicite de his Alefeldi literas. Quod ludibrium est non ratihabitas non extraditas, quas conclusas fuisse ad iudicandum animum sufficit, Hostilitas solo tractatu & concluso satis convincetur. Non latet causa suspensæ ratihabitionis atque extraditionis, orta non ex vestrâ voluntate, sed alieno impedimento. Prima fuit ex cunctatione Austriacorum, quando ante attentata, quæ Danis promisistis, prius illos communi fœdere comprehendi & statim vobiscum in eundem finem contra Suecos jungi contendebatis, illi vero Coronam Germanicam tunc aucupantes quam aliàs fœdere Da-

nico & per hoc faciendis violentiis infringerent, Pacem Germaniæ reverentius leniusque tactam cupiebant, ideo donec voti compotes essent morabantur. Secunda ex præveniente vestra molimina miro Deitatis opere Suecicâ Virtute, Danicâ fortunâ. Danorum apud vos instantia, vestra de promptitudine Hafniæ conclusa, si Austriaci in fœdus coire velint, rata habendi & exequendi obtestatio, de Austriacorum moris querelæ, apud hos festinandi sollicitatio ex protocollis in publicam lucem venerunt, argumenta vos non noluisse quæ in tabulas venerunt Electorali manu signare, rata habere & extradere, sed per remoras casusque alienos præpeditos non potuisse. Satis alias ut rebus nostris apertâ vi noceretur à vobis sollicitari sunt Austriaci, advocati Poloni, adornata & parata vobiscum omnia. Eadem est veritatis de Austriacis fœderibus constantia. Veris ista coloribus depicta sunt uti se habent, picta tantum quæ vobis pro velo esse debent. Quid hic juvat obtendisse libertatem contrahendi fœderis, Quam paci Imperii congruam non disputamus. Abusum eius ad turbationem Pacis publicæ, in necem atque præjudicium S.R.M. ut principalis contrahentis & constatus, pro invasione terrarum eius in Germania ob oculos ponimus. Putatisne adhuc inter vestra præcordia hærere nec emanasse quid cum Serenissꝰ Hungariæ Rege de fœdere contra Sueciam tractatum sollicitatumque fuerit, quo modo cum Legatus Danicus Alefeld fœderis Dano Brandenburgici ratificationem atque executionem urgeret Pragæ fœdus offensivum & ex eo coniunctio armorum cum Polonis Danis & suis jactanter flagitata sit. Quomodo cum Rex iste nec vellet dimittere occasionem tot sociorum conspiratione Sueciam oppugnandi, nec tamen antequam Rex Romanorum eligeretur ad invasionem, ne pacis fra-

ctæ

ctæ reus spe excederet, se sociare, quæsierit rationes quasdam defensivi fœderis, & in hoc primitus usque ad Electionem acquiescere suaserit; quomodo in Electorali Aulâ projectum novæ contra Sueciam ligæ compositum Alefeldio datum, pro eius consummatione laboratum, quomodo tandem, cum in Daniâ ad restim res redire & properanda ope indigere videbantur, defensivum & offensivum fœdus deproperatum sit. Ut excedantur fines defensionis, ipsamet quæ sunt in tabulas redacta fusius ostendunt. S. R. M. communem hostem declarant, cum nunquam offenderit, invasionis modum determinant terras eius in Imperio occupandas iam dividunt, nihil quod offensivi fœderis proprium, indefinitum relinquunt. Malè istæ consonant laudatæ pacis servandæ præsumptioni, quam frustra advocatis, ubi vobis veritatem actorum & perspicuitatem hostilis fœderis quod non negatis, opponimus. Invitis quidem eorum hostilium fœderum genuina exemplaria nobis deesse; ideo velut ex falsis vos argui. Haud verò id persuadebitis iis, qui acceperunt ex cistis eorum, qui cum vobis ista egerunt, qui à vobis adepti sunt, qui Domino suo, ut vera & à vobis accepta miserunt, nec etiam aliis, nisi alia in lucem cum vero-similitudine edetis, quod sine accusatione fraudis in alios, quibus ista communicastis ut vera, fieri non poterit. Omnibus post illa ad bellum in Germaniâ contra Sueciam gerendum directis & apparatis qualis vestra esse potuit de pace servandâ jactata cogitatio? Ubi ea à nostris abstinentia, quando in Borussia Elbingam in Pomerelliâ prænominatas Præfecturas, nostra ex Dei gratia, nostrorum virtute parta, vestris pactis, belli adeoque orbis communi jure donec pace aliud cavebitur, iustè tenenda & defendenda, in Pomerania Urbes & terras publicâ Imperii pace quæsitas, per pacta

 vestra

vestra vobis attribuistis, armis invadere destinâstis, socios
facinorum tam instanter quæsivistis? Si aliena bona non
concupisceretis, si vos in Imperio hostilia arma meditati
non essetis, si vos Regiis terris, quietem non invideretis,
quid vobis Polonico Danico aut Austriaco fœdere opus
fuisset? Satis tutis per amicitiam cum nostris, nisi inimi-
cos fieri delectasset. Quod quam circumspectè factum
sit, docet, quod fœdera vestra in Germania continent &
inflammant motuum incendium; quam tardè, novit in-
finitis instantiis fatigata Aula Serenis. Hungariæ Regis &
nemini nisi nobis vobis, & omnibus constat: Tunc demum
facta esse cum pacem nos declinavimus, falsum; quia
nunquam id fecimus, àd pacis iustos tractatus omnia no-
stra prompta fuerunt, Vobis amica & quieta sæpius oblata
esse ipsimet memoratis. Paulo antequam ratificatum
fœdus cum Hungariæ Rege, postquam hostilia quæ recita-
vimus processerant S.R.M. tum literis suis, tum per Mi-
nistrum Regni Senatorem, tum missâ ad componenda dis-
sidia & redintegrandâ amicitiâ, instructione & plenipo-
tentiâ declaravit sibi nihil gratius quam Serenis. Dn. Ele-
ctorem secum in gratiam redire, inde isti & per istam ad
pacem viam meliorem apparare velle. Quæ ut cum ipsâ
pace declinari speciosius possent, statim ipsâ perceptâ à
vobis amicitiæ adversa ratificatio est præcipitata & multa
alia hostilia insecuta & aucta sunt. Quæ in aliis inaniter
satis operosi, non excusatis, nempe quia non potestis, De-
tentioni tormentarii pulveris in porta Pillaviensi saltem
opponitis significationem præviam de non transportando,
isto per portus vestros, ut veteribus & novis pactis Polo-
nicis congruam. At unde contra jus gentium, contra com-
merci libertatem, contra amicitiæ quam celebratis leges,
contrà fœderum cum nostris expressum tenorem adeoque
contrà

contrà fidem ſanctam vobis ea authoritas? Pacta Polonica vetera omnia, primum vaſallagii fide veſtrâ, quâ iis renunciaſtis, ſolam dependentiam à S.R.M. conſtituiſtis; deinde indiſſolubili contra Polonos fœdere cum nobis inito ejuraſtis. Ex novis contra nos niſi hoſtes declaratos ita agere non poteſtis. Veteribus nuncium miſiſtis ob injurias Polonorum, ad nova vobis facultatem ademiſtis & renunciaſtis, ex quæſito & approbato per pacta veſtra iure Suecorum. Cur reformidaſtis magis à Polonis perfidiæ accuſationem & inimicitias, quam à Suecia; poſtquam ſemel Poloniam juſtè eiurandam eique nihil in vos iuris eſſe ſtatuiſtis, aliis fidem veſtram abſtringentes, Sueciæ autem antiquiori & firmiori nuperis pactis Polonicis nexu eſtis arctiſſimè & quidem præclusâ recedendi & alia paciſcendi facultate aſtricti. Itane potior vobis cura eorum quibus nihil debere debuiſtis, quam quibus unicè & in ſolidum omnia debetis. At dulce pacis nomen, quod quarti capitis eſt, copiosè miſcetis quisquiliis veſtris, velut quo nihil ad decipiendum, poſt fidem jam deſtitutam aptius eſſet. Quis autem tam infenſorum ſtudioſos credet, pacem intendiſſe & quærere niſi ſub illo nomine velitis, quo votis inſtitutiſque contendere videmini, eam pacem, quæ S. R.M. Regnumque Sueciæ omnibus ditionibus & terris ſpoliet, omni iure pro quo bellatum, omnibus impendiis & ſanguinis ob rapinas Polonorum effuſi redhoſtimento privet, hoſtium lubidini ſubiiciat, extorrem ex Imperio & inermem, vos potentes iis ſpoliis auctos & ad altiorem ambitum validos reddat. Loquimini in quibuſdam de pace ut decet, & ut vobis expediet, generalium iuſti & decori non planè neſcii, at infauſtâ & abſurdâ applicatione nihil in facto, nihil in conſiliis veſtris eſt, quod aut ad dicteria veſtra aut præſentem ſpeciem quadret, vel ſic ſe habeat,

ut di-

ut dicitur, omnibus quæ pacis causa rectè dextreque fieri oportuit cessantibus aut fallacibus. Nunquam partibus nostris defuit honestæ, justæ, fidæ, tutæque pacis (nec alii hoc nomen, nec alia religioso, bono, virtutem & gloriam amanti Principi convenit) desiderium juxta & studium. Haud opus fuit, ut loquimini frigidam nimio calori suffundere, apud sollicitos semper de pace magis quam bello, belligerantes pro pace, modo verâ & infucatâ. Vobis verò pro istâ nisi per fortiter gestum bellum ab hoste feroce & tot infensis pacem impedientium instinctibus circumdato, non recuperandâ, olim tam frigidis & vecordibus, lentitudo & pusillanimitas vestra optimis pro istâ consiliis quoties non obstitit? Est finis belli pax, at media potiundi in fortibus & indefessis armis. Hæc negligere aut segniter tractare est pacem amissam pro derelicto habere. Quanto magis ubi deseruntur, hostibus ante pacem submittuntur, junguntur, erit occasiones recuperandi perdere aut prodere. Nos pacem volumus, quæ bellum honestè, & securè finiat, non differat; vos quæ pactio sit nostræ iniuriæ, Servitutis, periculi & infamiæ, modo sit qualis, qualis securitas vestræ prædæ. Quà veritatis specie imputatis pactorum prætermissam occasionem, tractatuum reiectionem, viam redditam difficilem aut tardam, per quam decenter & commodè ad portum ex turbis pervenire licuisset, ubi toties pro pace, sed ut exitus docuit falso & tantum in fraudem ac præiudicium nostrum intercedentibus aures, toties tractaturis salvos conductus, toties pro ea occasione voluntatem seriam præbuimus, nunquam recusatis iustis atque congruis mediis? Rectius ea vobis constant quum nunc pro obtrectandi voluptate obiicitis. Prolixum nimis foret, memorare quid pro pace magis quàm pro bello egimus. Quod

ex iis

ex iis novissimum intentionis & studii pro pace argumentum sufficientissimum est, quod à partibus nostris omnia diu sunt pro tractatu cum Polonis prompta & parata, seria animi declaratio, loci electio, temporis adversariis relictum arbitrium, pro horum commissariis conductus literæ, pro nostris Plenipotentia; ut hostes eorumque adhærentes, similia præstent ad rem ipsam accedant, desiderium & longa sed vana exspectatio. Quid desiderari ultra poterit, ubi nihil deest præter id quod hostes debent, & penes illos est. Tantum abest ut erectis manibus offeratur quod prima belli causa est, ut nihil appareat, nisi solum quod præpostera vanitate verborum in speciem ostentatur reipsa defugitur aut retractatur. Si adeò Paci studetis, Cur non Polonos eorumque adhærentes penes quos res hactenus stetit, ad pacta & paci servientia impellitis aut commovetis potius, quam ut nos iniquis calumniis (ignoscite proprietati vocis, falsis vestris dabitæ) lacessatis & pacifica operosè turbetis. Rogatis nos ut velimus cedendo ab exiguo lucro redimere fidum amicum à perjurio. Quis conscientiæ scrupulus vos stimulat à nobis id flagitare à quibus nihil admissum, cur perfidi sitis, vobis autem eo proruentibus satis actum pro retinendo fidei constantis debito, penes quos autem non est amplius factum indelebile in polo aut solo nisi reditu ad fida & pia non expiandum abolere. Saltem id ex pietatis justitiæq; regulis admonere licet, si conscientiæ, si fidei, si famæ consuli, si Numinis ira evitari debet fidem sanctiori ac antiquiori Vinculo, à quo istis salvis recedi non potuit innixam & beneficiis magnis obstrictam, posterioribus, ut ut juratis pactis contrariis ante habendam esse, tam invalidis & non obligantibus, quam nullis, temerariis, fidei adversis, adeoque eius fortis quæ Deus detestatur & vindicat, gen-

tium Jus vetat, pii viri valde improbant, & vi ullâ non di-gnantur. Quod in eo crimen dicitis non fidem invocantis, sed deserentis erit, eo gravius, quo pertinacius fit, & in malis quæritur constantia. Juvat vos aliàs religionem pungere, quæ nunquam minus quam circa pacta vestra fidemque servata est. Quam alias Sueciæ non domi modo, sed foras ejus studiosa fuerit, sinimus loqui acta præteritorum temporum & petimus vos ipsos seposito affectu iniquo recordari, vestra religio quid debeat armis & pactis Sueciæ, nacta non libertatem & securitatem modo, quam antea non habuit, sed novum *jus*, cum Cæsareo Edicto & validiorum sententia nec libera nec ad eam desciscere impunè esse deberet. Docebit exitus nos ne in componenda pace an vos in pactis vestris, quæ nihil pro Evangelicis cavent, Romanensium longè majorem rationem habent magis fuerimus de eâ solliciti. Dolemus merito, super quo alii valde indignantur, quod desertis imò infestatis religionis consortibus, cum iis à quibus favor aut auxilium nullum Evangelicis Ecclesiis sperandum, omnia inimica & extrema potius, ut quotidiè fiunt, metuenda sunt, amicitia, pacta & conjunctio armorum præplacet, cum ingenti religionis noxa periculo & præjudicio. Porro quis spiritus furorem vestrum per tantas injurias & efficta de pace desperationis conviciosas imputationes exagitat in Regem & gentem vobis nulla injuria multis magnisque beneficiis cognitum fœdere, sanguine, fide mutuâ, *junctum*, nec à Vobis viri orbi noti accusandum nisi forte quod incorruptè & honestius vobiscum agentes ingenia & consilia vestra non iis artibus queis alii ea merentur sibi non satis devinxerunt. Qua invidia atque deteriorum affectuum cœcitate, in retenta Borussiâ Regali per divina auxilia armis occupatâ, & tam belli *jure* quam in

tot

tot pro pace onerum & impendiorum æquam pensatio-nem, donec satisfiat, iustè retinendâ impedimentum pacis collocatis cum Electoralis Borussiæ absolutum Dominium nostro beneficio acceptum, à Polonis relictum, aliasque terras & Urbes potiorri iure nostras, ut nobis infidi essetis, sine alio vestro jure & merito nec etiam pro pace retineatis, paci tamen non obesse perversè satis judicetis? Nostræ possessiones in hostili terrâ sunt Pacis obsides & ad illam inclinationis incitamenta, servandi cum reparabitur pignora: A vobis tantâ iniuria & infidis artibus sumpta bellorum odiique fomenta. Queis vos si nostris abstinetis, si fidei, si juris syncera cura reliqua sit, gaudere finimus modo eousque vestra ulterius non exuberet malignitas ut Pace carere malitis quam nobis aliter meritis contingere similia. Peius est quod Tractatus inter gentes solennes, ad quos res ea pertinet & à nobis sine mentione eius, quod effingitis, desiderii relata est, per quos æqua de iis compositio fieri possit permittere aut promovere nolitis. Quæ arrogantia in Balthico mari, in quo præter commercandi libertatem, cui nemo nostrum quid detractum cupit nihil vestrum aut Polonicum sit, leges sub obtentu pacis præscribere. Quæ protervia Regum jura, quæ forte ultra captum vestrum sunt etsi non supra libidinem, invidiosis morsibus carpere & iuxta privati vestri patrimonii titulos imperitè examinare. Quâ iniquitate alieni appetitum iis obicitis, qui cum in Germania, nunc in Poloniâ bellaretur omnium fere vestrorum compotes, cum belli jure & armorum fortunâ retinere liceret, restituerunt, imo multa alia concesserunt, sine illorum gratia nunquam obtinenda, nec nunc retinenda: qui nunquam deposuerunt bellum quin plura ex terris hostium per arma occupatis & firmatis redderent quam sibi servarent. Vos inter hæc planè insana

nos ad sanam mentem reducendi consilium aliter non capitis ac insanis falsa sanæ secum mentis inimaginatione alios secum insanire velle familiare est. Quod est illud consilium per fidem violatam, calumnias & offensas, tentata præiudicia & spolia mentes placare & in Poloniâ pacem reparare? Quæ est ea vana persuasio melioribus insinuare per Vos non stare, ut pax fiat qui omnia paci in adversum agitatis? Credite, rectiori judicio præditos vos verum & unum pacis impedimentum credere. Siquidem Orbi manifestatum nunc est, quæ sub societate ex lentitudine, desidiâ, morositate, collusionibus correspondentiis vestris fortium actionum, queis pax quæritur, obstacula aut remoræ, hosti spes ad separandum vos à nobis, adeoque sibi paranda subsidia, nobis detrahendum vires, post societatem vero desertam, quæ Nobis aliæ agendi rationes necessariæ, qui hostibus animi & spiritus feroces accesserint, quibus per vos utrinque inde involutum fuerit negocium. Quod duplo maioris per vos omnia ubique miscentes nunc difficultatis est, ut vestrâ accessione ad hostium partes duplicatum est bellum. Nec contenti istam sic multiplicari & vestro consortio intricati, alios ad unionem & in nos odia atque metus sollicitando egregiam operam navastis. Dudum Poloni sui juris remanere præoptanter pacificationum justa admisissent, si vos constanter fœdus nobiscum observassetis. Non ex ore saltem nostro hæc dependent ut objectiunculæ vestræ, sed actorum publica fide & orbis conscientia, prudentiorum judicio rerum statu & verisimilitudine constant. Porro attendite quam apta sunt ad pacem quæ eius causa suscipere intendistis. Quasi mediatores esse voluistis, qui extra medium longe nimis in partes progressi nunc Polonici vasalli, Socii, hostili in Suecos animo, possessionum Suecicarum appetentes, portio

ctio belli, per omnia tales quales vos in Literis vestris ostendistis, invidi malevoli injuriosi, contumeliosi in nostros, in solidum hostibus addicti & adjurati estis. Modus componendi quem quæritis aptior non est. Haud placet more inter Reges & populos usitato nec nisi extremè devictis immutando, quo omnia nostra iam prompta sunt, tractare, sed saltem per emissarios voluntatem nostram explorare, in nostri invidiam postea cavillanda elicere, quod infensi animi vestri insinuare aut obtrudere, clam alterius partis desideria conficere, aperte nostris velut victis propudiosas leges, ut eas Electorales literæ die 12. Novembr. præterlapsi anni Coloniæ ad Spream scriptæ imperiose satis memorant præscribere. Quæ ultima tractatuum esse solent, quomodo pro occupatis & exantlatis in bello satis fiat, nihil de gravioribus tam belli quam pacis momentis, nec dicto nec admisso, primo loco ante tractatus vultis declarari & scire, securitatis nostræ pignus Borussiam abdicari, ut vestra præda & inhiatio fortunarum nostrarum vobis certior sit, nobis jus belli in bello ante pacem pereat, & tanto minus, ad cætera deveniendi occasio & justa prosequendi media nobis supersint quanto audentiores & iniquiores tanquam ex facili insolentia hæc tolerantibus inde futuri hostes. Quam incongrua porro ad pacem methodus est, quam vestra Legatio ut Residens Electoralis in Belgio prodidit, expedire debuit, nempe sub simulacro alterius, nescitur cuius, qualisqualis, satisfactionis (quasi non alia pro pace magis necessaria prius proponenda & tractanda essent) cessionem Borussiæ præambulam poscere, si non consentiatur pro illa in pristinum statum restituenda bellum minari aut denunciare. Quam talia inepta sint tranquillitatis recuperationi qui nõ sufficient ex ratione rectâ dijudicare, discant per exemplum

 eorum

eorum quæ sub sponsionum Pragensium simili comædiâ ludebantur, fine valde improspero & magnas domus funditus eversuro, nisi benignitas Suecorum malè agnita mitius quam justius merita condonasset & suos adversarios beneficiis devincire maluisset. Postremum chartarum vestrarum de Legatione non auditâ multa coagulat, paucissima ad rhombum. De fine Legationis quid nunc multa? Cum de eo, quando commodum atque necessarium erat, quædam exponere defugiebatis, & adhuc inter arcana vestra, quæ nec sciscitari fas sit, refertis. Erupit tamen in lucem & in æs publicum iste diversus plane à vestris eloquiis minas & arma intendens. Quæ narrantur mittendi incitamenta à nostris partibus addita non diffitemur, ut gloriosæ æquanimitatis & in vos singularis diligentiæ documenta, queis vos à fœdere, à fide, à ratione, imo à securitate, & salute vestra præcipitibus & pœnitendis consiliis delapsos ad rectiorem mentem reducere viamque ad antiquiorem fidem & veram amicitiam repetendam sternere, tam pietatis quam amoris opus duximus. Literis & admonitionibus regiis, colloquiis & remonstrationibus Regiorum Ministrorum, oblatione tractatus, interpellatione amicorum, quorum in aliud officia non interpretamur, frustra tentatum, tandem per communicationem cum Legatis experiri visum est, Et cum non aliter sciretur, quam tot illustribus pro eo fine intercedentibus autoribus vos obtemperasse, pro isto & non alio vos venire, recepti fuistis, eo quem ipsimet laudatis honore, sufficienti benevolæ & synceræ intentionis argumento. Non latebant quidem fœdus violatum & cum Polonis unio, actus hostiles permulti, Nec deerat ius vos non admittendi. At quia penes vos durabat alia mentis simulatio, veluti ad debita redituræ; apud nos per reciprocationem actuum ad

rejungendum ruptum vinculum aptorum vos ad meliora redigendi propositum, occasionem præbere & augere magis quam demere placuit. Nostra ex præviis actis, exposito desiderio, & honorificâ receptione, imo nullo in vos infesto gestu, nedum facto constitit benevolentia; Vestra omnia erant adhuc inter tot ab omni amicitiâ aliena vel palam inimica vel dubia, suspecta & contrarietatibus præsertim verborum & factorum, quæ malè conveniebant, illis jactatis amicis, his plerisque hostilibus involuta. Cum itaque actionis cum vobis suscipiendæ primum & cæteris pro fundamento servire oportebat, ut de Serenis. Dn. Electoris mente constaret, expositis dubitandi rationibus quæri & ubi per multas inconstantiæ vices varias figuras hactenus assumpsit, certam personam amici an hostis tenere velit indagare necesse fuit. Eo magis quod in quo nunc gloriamini, nihil vestræ mentis aut instituti aliter rescisceτe licuit, studiose celatis aut simulatis animorum sensibus. Et cum adessent Celsissimorum Brunsuicensium & Lunæburgensium Ducum necnon Hassiæ Landgravii Legati vobis autores ut veniretis, nobis suasores, ut cum vobis amicè ageretur, utrinque amicorum & intercessorum officia non ingrata offerentes & suscipientes, ut tum animorum utrinque statum atque inclinationem, cujus apud innocentes & synceros nulla verecundia, potius coram orbe explicandi desiderium est, deprehenderent, sicuti inter ejusmodi tractatus non insolens est, conscios & testes adhibere è re visum, perspecturos actorum integritatem, & si in quo offenderent agenda, pro remediis adjutores. Uti literis nostris 5. die Junii Gottorpo ad Vos datis plenius de tali irreprehensibili scopo & modo edocti estis. Carpitis acerbè, primo perversâ interpretatione, quasi audientia vobis negata, inauditi dimissi sitis, cum tamen illud non-

dum

dum in mentem venerat, seriò agentibus, ut per declarationem, cum qua Personâ, hostis an amici, induti venissetis ad destinatam vobis audientiam inde discernendam & definiendam sine longiori morâ, quam aliàs Legati patienter negotiorum, quæ iis curæ cordique sunt, causâ sustinere consueverunt, perveniretis; Vos autem in eo Nos falli quam vos detegi malentes, non rogatâ non impetratâ dimissione, non salutato nostrûm aliquo, clam eminente diluculo vos proripuistis. Deinde objectione alicuius velut iniuriæ quasi Legationum sacris violatis. Quæ nequicquam invocantur nisi gentium consensus istorum fundator fecit necessitatem statim & indiscriminatim Legatos audiendi. Quam nullam esse mos gentium, consueta dilatio atq; exspectatio Legatorum pro qualitate rerum & circumstantiarum diuturna evincunt. Non audita est unquam tanta Legati cuiusquam indignatio, si secundo vel tertio die nondum sit auditus, si quid cum eo communicari propositum, nedum discessio, quâ affectuum vestrorum malignitatem incontinenter protrusistis, quasi vestri lubitus non Regii Judicii esset uti vos audire deceret; cui legem injungere nonnisi inter barbaros solitum est. Exhibet antiqua & recens Historia infinitis exemplis Reges & populos suo arbitrio relictum voluisse, quomodo Legatos audirent, circa non modo veniendi solennia sed & communicandi modos. Nulla illos potuit ad legem talem sibi dicendam aut consensum in talia illigandum adducere ratio, quæ dignitati atque actionibus ingens factura esset præjudicium ac quod in legationibus remanet hostium & amicorum, syncerè & insidiosè fide salvâ aut ruptâ agentium bono aut malo proposito venientium, fida & decora seu insidiosa & proterva afferentium discrimen semper inter Legationes servatum & ex ratione atque necessitate

tate

state servandum tolleret. Super est in his libertas populorum consensu nunquam sublata, nec magis in Legatis mutanda, quam circa ipsorum Principales, quorum vices gerunt, non superant, istæ differentiæ licent ac æquæ sunt. Istâ uti S. R. M. non modo nihil obfuit, sed gravis atque necessaria causa adfuit, vobis venientibus ab eo, qui fœderis desertor, hostium Socius & ob eam societatem vasallus, nihil amicitiæ præterquam verborum lenociniis, multum offensæ actuum asperitate monstraverat, non ut amicus sed talis qui ad amica reverti & reduci debebat considerandus, ita non ultra admittendus ac corrigi facilis aptus & proclivis reperiretur. Quantum intererat sciri cum quo, an cum amico an cum hoste agendum esset, quia valde per gentium Jus interest, quomodo cum iis agatur, exquirere voluntatem & de ea dubia ostendere justum fuit. Quid ex hostium Legationibus ad vestri pallium arripitis? Hostium Legatos admittere & audire meri arbitrii est, nec unquam admissi sunt à Regibus & populis liberis, nisi cum exploratum quo fine venirent, ideo rogare soliti. Cum per hoc fas gentium vos per tot hostilia cogniti ad locum possetis non admitti, nisi interrogati & significantes, humanissimâ receptione vobis cessit amplissima benevolentiæ contestatio & honori vestro datum, ut amicæ communicationi reservaretur antea significandum, in quo nihil peccatum esse potuit nisi in benignâ remissione Juris & rationis adversus dubios & hostilium maiorem quam amicorum præsumptionem præbentes, nunc fusius exprimentes. Quis privatorum fores aperiret ad se decurrenti ut ut antea amico, si amicus esse desiit in se inimicis actibus iniurio, dubiæ fidei aut suspecto, ut non prius pro præcautione præjudicii aut periculi causam accessus, intentionem collocuturi per ipsum aut servulum suum indicatam vellet.

Injuriosos alloquio non dignari nisi pœnitentes mos, jus,
& ratio hominum dudum servat. Non est alia, imo quo-
periculosior inter eos suspectorum congressus, eo major
ratio, ut Principes non audiant nisi quos amicos, quos a-
mica ferre constat. Est sub Legatione servanda mittenti-
bus dignitas; sed non antehabenda dignitati Regis, ad
quem venitur nedum ob istam hæc prostituenda. Inte-
gram reliquimus dignitatem Electoralem, sed eo pertinge-
re non debuit, ut Regia Majestas, quod ipsâ indignum fa-
cere aut audire aut se inter dubia & suspecta vestra coniice-
re cogeretur. Quid autem indignius, atque quod erat in
vestris recessibus, si non ex voto responderetur, stante pe-
de in os Magno Regi amicitiæ reparationem hactenus fide-
liter intendenti post violatum fœdus & plura inimica, ini-
qua opprobria aut exprobrationem, imo bellum etiam de-
nunciare. Quis Regum hoc sustineret & non præsumens
prius declarationem propositi exigeret. Postea quam in-
verecundum scriptum vestrum animos vestros denudavit,
apertior est ea cavendi quam arguitis necessitas. Et quan-
do nunc scimus talem vobis in mente fuisse propositionem
sicut eam vestri alibi in aulis & curiis exposuerunt, constat
quam nullâ ratione nunc culpatis circumspectionem no-
stram, quæ remissa illudendi vobis tunc fuisset, ut nunc
calumniandi materia. Non erronee opposita vobis est
Romanorum prudentia, qui non modo non hostium sed
nec exterarum nationum Legatos, cum quibus nulla erat
amicitia in Urbem aut in Curiam admittebant, sed extrà
Urbem in Bellonæ aut Apollinis templis vicinis senaculis
audiebant, indignum rati in Curiam alios quam certos a-
micos admittere. Error is vester est ex Historiæ ignoran-
tiâ, quod Illyriorum deliræ Legationi id tantum opposi-
tum putatis, quod commune fuit omnium, vestræ etiam
donec

donec aliam quam deliram docebitis proprium. Pro qua apud Maximum Regem non potest non illa haberi, quæ pacis aliquem fucum obtrudere, aut si non reciperetur arma in faciem minari auderet. Quoties Romani quorum dubia fides erat, præsertim sociorum cum à fide desciverant Legatos ab urbe, imò à finibus excluserunt. Annon & aliquando in curiâ acerbè reprehenderunt exire jusserunt, castigandos duxerunt. Hospites estis in antiquitatis testimoniis si talia ignoratis. Nec apud Christianos Reges Principes & Populos similia sunt insolentia, vobis saltem ignota. Mitius actum cum vobis apud eos qui vos ad amicitiæ jura reducendi bonâ mente satagebant. Fuit quibusdam Legatis, quorum exempla refertis recedendi causa non admissis, aut per nimis longum tempus frustrà benevola exspectantibus; vobis autem jam admissis, etsi declaratio amica præcederet audiendis nulla, nisi quod vel synceram amicitiam explicandi seu consilia infesta palliandi modi non constabant vel quia coram S.R.M. præsumptam minitationum acerbitatem effundendi voluptate frui obstinatum aut abire destinatum erat; Multiplex autem & ponderosa, commorandi audiendi vos explicandi; Inde quæ ad pacem & amicitiam faciebant prosequendi ratio erat. Statim præfractâ impatientiâ abrupta communicandi occasio, quid aliud est quam declarata amicitiæ & pacis, nisi per id medium non reparandæ aversatio. Indicatis vos reformidasse proponendam, an, à partibus Polonicis recedere velitis, interrogationem sed quare si quod æquum, pium, amicum reponere potuissetis? Si in eo vos deficere prævidistis, quid in nobis arguitis, queis de eo velut amicitiæ fundamento & regulâ quærere tam opus fuit, quam non reperientibus, quomodo, qui fidem Sueciæ detraxerat Polono dederat, huius socius, Vasallus, assistens,

 causam

causam agens, Sueciæ amicus fieri posset, nisi hostilibus depositis. Hoc explicare vestrum fuit, si seria apud vos amicitiæ retentio, si conciliandi ratio fuit. At dicitis nos voluisse vos fieri Polonis perfidos & perjuros. Minime gentium. Scimus cum Polonis pacta non esse tam valida & obligatoria, ut quod ipso jure nullum, iniustum, contra bonos mores non servatum perfidiæ reos faciat. At ne per ea quæ cum nobis validius sanctiusque perfecta & firma rupta, ea Vos inquinaret perpetua macula, vos à talibus accusationibus non nostris modò sed orbis liberare voluimus: non delendis nisi per reditum ad priora. Tempore, fide, certitudine, jure vinculo anteriora sunt nostra. Polonicis postquam Vasallagii jus in vobis abolitum, omnis à Polonia dependentia abdicata & abrogata, nobis cessa & vestrâ fide corroborata fuit. Sed non egimus aliis vestras cavillas repellendi mediis. Effugium vestrum satis argumenti habet, talis propositi animi & ratiocinii, quod lucem ferre non possit. Erat integrum in congressu proferre, quæ è re erant, sed quia hoc vobis aut non expediebat, aut instituto non congruum nolebatis. Nobis syncerior agendi modus placuit, apertè ad discussionem & remedii consultationem propositurus pacis & amicitiæ apud Vos obstaculis removendis apta. Non reformidavimus conscios testes, quorum præsentiam Tribunal nuncupatis, quia id vobis metuendum, nos ferre non modo apud amicam legationem, sed vel eorum hostibus nostris possumus. Vestra autem perversitas istos sustinere non potuit, uti in latebris, queis fraudes & insidiæ egent, eam indetectam manere, quæ exprompta prodidisset suos Magistros, interfuit. Quando itaq; Deputatos Regios audire cum iis amicè communicare, si quid rationis vobiscum exprimere, quæ obstabant diluere, & ita ad bonum scopum cuncta dirigere, fastidio fuit, & non è digni-

tatis

tatis vestræ imaginatione, qui potestis improbare, si ante hæc discussa & composita non auditi estis aut Regiæ Majestati conveniens judicare, vestræ libidini sua submittere. Si diluendi potuerit esse fiducia, quid ex fugâ remedio opus fuisset. Quæ à vobis opponuntur silentium anterius, non exprobrata hostilia, exercita amicitia, domi & foris omnia in meliorem partem versa, continuata per Residentem Berolini Legatum officia, sunt ingenuæ ad amica & pacata intentionis opera; queis perversitatem, quam actus vestri infesti obtendebant, emendare & istas ipsas malignas, recitatas assiduas commonitiones, ad quas nimium aures propendere & arrigi scivimus, prævertere, aut suæ pravitatis convincere innocens studium fuit. Non ut vos hostes nostri esse voluistis, ita & nos vestri hostes fieri voluimus; quamdiu resipiscendi spes fuit, ideo eo vos velut ad salutarem viam allicientes nihil non amicè exhibuimus. Hæc patientia, hæc benevolentia, hæc de pace & salute vestri cura meretur ne atrocissimas illas calumnias, in quas cum in cœteris, tum maximè inter extrema literarum ruit vestra dementia, tam oblita debitæ Maiestati reverentiæ atq; erga Principes & Populos decoræ, modestiæ quam incuriosa culpæ & pœnæ. Quia vestræ callidæ fraudes, versutiæ subdolæ mentes, fœderũ violationes orbi notæ, nunquã exculpandæ, palliari nequeunt, puerili more relictis apud vos rebus & factis vocabula divertitis in eos, qui vos nunquam læserunt; syncerè constanter pactis stantes, ut ut alienis facinoribus liberati. Dum vestra non est satiata cupiditas, alienam incusatis. Cujus argumenta aut falsa sunt, aut alieno à bonis mentibus more in contrarium detorta. Qui de cedendâ Borussia, Pilloa, ac Pomerania sermones intercesserunt, cum Ministris Regiis, constiterunt in colloquiis, queis non minus vestri quã nostri gratiâ componenda belli, æquitas & securitas pa-

cis, vincula amicitiæ; nec non impedimenta collata, sic dudum eorum literis, qui talia alio sensu quam nunc exponitis, & vosmet tunc accepistis explicata. Cuncta tam sine injuriâ, quam sine damno & præjudicio per belli jus, pacis rationem, amicitiæ debita facilius defendenda si hic de eo agendi locus esset, quam à vobis alienorum semper cupidis & antequam capiuntur dividentibus & petentibus cupiditas cum ratione imputanda, Quam benè quam benignè ab his partibus sit actum inscriptum, jam orbis conscientiæ nō opus habet prolixiori expositione, quam perversè, quam insidiosè quā temerè à Vobis, eventus docebit. Quam prudenter autem coram S.R.M. vos non sitis auditi insecutæ vestræ Injuriæ & calumniæ testes mentis ac propositi nunc satis publicarunt. Videbunt ex his omnes, Vos admitti non debuisse apud pacis studiosos, ut hostes, quia non pacem nisi fucatam, inordinatam, iniquam, planè nulla pacis justæ remedia afferre voluistis, bellum potius, quæ gentium juris morisque sunt, & pro re natâ justa & commoda erant, exacturo Regi denunciaturi; non apud fidei cultores, ut dubios; qui infida & insidiosa cum hostibus molimina deponere fidem violatam redintegrare imò violatæ fidei emendationem rogaturis respondere renuistis : Non apud Pacis Germanæ assertores, ut Electorales; qui nupero conventu Francofurtensi, & in Aulis Principum per iniquas querelas, suggestiones obtrectationes impedimenta firmandæ paci, flammas novo incendio, incitamenta odiorū agitastis; nunc arma erga vos innoxiis sine causâ, sine jure intentatis: apud fidū & beneficentiss. Regē non ut Consanguineii non ut Vicini Legatos non ut Brandeburgicos, cum sanguinis, vicinitatis, Brandeburgicorum debitorū, imo omniū pro salute dignitate, bonisque vestris augendis & defendendis fideliter actorum omnem gratam memoriam exuistis injurias retributis

buitis. Is esto pudor vester horum meminisse, ut est noster, ob ea quæ talibus meritis impendent prædolens horror. Commune audivimus saniorum votum pro vestrâ pœnitentia, Nunquam Nos aut pudere poterit eorum quæ sapienter facta, eventus comprobat, aut pœnitere eorum, quæ vos sensus vestros prodendo comprobatis. Non voluisse nos, uti insimulatis, adversus Sereniss. Dn. Electorem bellum, si pacatus & injuriarũ abstinens esset, docet S.R.M. declaratus post præcipitantiam vestri effugii animus, & invitatio qua Hamburgi, Schleswici, Chiloniæ congruè tractanda dedit optionem, cui responsi nihil, præter convitiorum cumulum reposuistis. Quo versa sint arma Regia, quam vobis vestrisque, cum id facile esset, nihil nocitum, monstrarunt, quæ insecuta firmissima argumenta, quam in vos nihil hostile destinatum, aut bellum aliquod in Germaniâ in vobis fuerit. Alia luculentius in conventu Francofurtano per literas, per Legatos, per desideria unicè paci intenta, à vobis impedita, in lucem edunt. Abhorrens à pace & amicitiâ vestra obstinatio seu effera nimis seu vecors non eget præter literas vestrss ulteriori testimonio. Prorupit jam manifestius, ubi post linguam & calamum malignum in Germania arma adversus S.R.M. non sumpta & coniuncta modo, sed in Holsatiam contra Regium exercitum illata, sciunt omnes judicia diu decoctarum vestrarum machinationum. Nobis apprecamini meliorẽ mentem, quâ vos maximè indigetis; Metuimus vero, ut iratum Numen vobis innocentiam, jus, fidem, rationem transgressus dare velit. Quam mentem in publica Sereniss. Dn. Elector gerat, nõ est nostrum vobiscum disputare meliorem certo futuram convidimus, cum se per Vos vestrique, similes non sinet occupari consultores. Quem animum S.R.M. Dominus noster Clementiss. quem Gens Succorum gerat, amplioribus rerum documentis, quam ut

verbis.

verbis opus sit constat, neminem præter ingratos atque invidos fugiente quantum Ipsi pax, Religio Evangelicorũ, securitas publica, Justitiæ vigor, redintegrata salus in Germaniâ debeant & præ cæteris vos debetis. Vestræ dicacitati inviti sanè & abhorrentes â caninis istiusmodi, queis in nos involastis, morsibus, tantum quia provocati, per conscientiam & innocentiam adacti, non verborum aculeos; sed rerum pondera rationumque momenta reponere voluimus. Quod S.R.M. & S.Serenit. Electoris ex illis actis est, id velut ministeriis illorum superius, linquimus intactum, exemplo vestræ circa hæc proterviæ, de turpitudine talium edocti. Nisi justa rerum compositio intercedet, quam optamus, & si in vestros corruptos sensus & affectus non transitur, adhuc speramus, gladius supererit Judex, cui ut pro Regum & Principum controversiis decidendis in campo DEus constituit Tribunal, ita justiores in eo partes adjuvabit, non sic deditus vestris cœcis & in divinorum judiciorum recessus se intrudentibus execrationibus, ut vos vestris affectibus DEum assimilari creditis, exinde augurio prædestinationis præproperè gloriantes. Valete & quod in his minus vestris meritis est, modestiæ atque in nudam veritatem fiduciæ asscribite. Dabantur in arce Cronenburgensi Die 5. Octob. An. 1658.

Excell. & Dominationum vestrarum

ad officia paratissimi,

David Mevius. Sweder Dieterich Kley.
Edvard Ehrenstein

1. Pax pax polono-svecica Olivæ d. 3 Maja 1660
2. pax Germano-svecica Monasterii Westphalorum 24 parad 1648.
3. pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4. De sacra corona regni Hungariæ ortu etc Petri de Reva 1652